<C. 1> QUI[a] ACCUSATORES IN ACCUSSATIONE EPISCOPORUM NON RECIPIENDI QUIQUE RECIPIENDI SINT. EX *EPISTOLA CLEMENTIS* PRIMA, QUI FUIT QUARTUS POST PETRUM, QUAM DIREXIT *AD IACOBUM FRATREM DOMINI.*

Homicidas et adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos et qui eis coaequales non erant, ab eorum vexatione et accusatione docente domino prohibebat et non nisi ab coaequalibus sub*inferre debere*[a'] *docebat, quia discipulum supra magistrum esse aut ullam ei iniuriam inferre nullatenus debere oportet. Infames namque omnes et quos primates leges saeculi non suscipiunt, sed et laicos ab eorum accusatione et vexatione semper depellere debere rogabat et cunctos sibi subditos esse precipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem sanctioremque* atque *discretam a secularibus et laicis hominibus esse et spiritales atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere et fore debere docebat. Quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur et iudicemur vel ab humano die. Maiores vero a minoribus nec accussari nec iudicari ullatenus posse dicebat. Quoniam non solum hoc divinas, sed et leges saeculi inhibere docebat. Omnes ergo legum divinarum libenter violatores et sacrarum institutionum voluntarie perturbatores ecclesiastica indignos regula et sancta communione iudicabat. Operatores vero earundem eisque oboedientes utrarumque ac ceterarum bonarum dignos esse dicebat*[a].

---

a-a) *Text der Seite abgegriffen und schwer lesbar (fast unleserlich im Bereich des schwarzen Besitzstempels der Burgerbibliothek Bern auf der mittleren rechten Hälfte des Schriftspiegels) B. Die auch mit UV-Lampe nicht verifizierbaren Silben oder Wortteile orientieren sich an der US3 Hinkmars von Laon (siehe unten).* a') *über der Zeile nachgetr. B.*

<C. 1> **1-21** *Ps.-Clemens (JK † 10) c. 31-33, mit frei formulierter Rubrik und erweiterter Inskription. Ed.* HINSCHIUS *S. 40 Z. 1-16; ed.* SCHON *007.htm. Das c. entspricht fast wortgleich dem Beginn der US3 Hinkmars von Laon, ed.* SCHIEFFER, *Streitschriften S. 28 Z. 3-17; es ist in größerem Kontext auch zu Anfang von Hinkmars US2 vorhanden, ed.* SCHIEFFER, *Streitschriften S. 22 Z. 28 - S. 23 Z. 2.*

Abweichungen: **1-4** CLEMENS IN PRIMA EPISTOLA EX SERMONE *(*-NIBUS *US2)* SANCTI PETRI *(folgt* DE CLERICIS REBELLIBUS FOLIA VIIII *US2) US2; US3.* **5** Homicidas vero *PsIs; US2; US3.* **7** subinferre] aliquid sibi inferre *PsIs; US2; US3.* **12** ac *PsIs; US2; US3.* **16** diiudicari *US2; US3.*